



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Conuersio, & vita Mariæ meretricis. Capvt. XXXI.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

quod abiisset ad vicinam mulierem, ut illi communicaret (erat autem illa catholicae religionis, & fidei) cucurriq; protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehensus digittur eius, feci que illam euomere facia communionem. Sumptam deinde particulam sancti huc, illucque iactabam, donec in lutum ceciderit. Mox autem vidi<sup>1</sup> conuulsionem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem. Post huiusmodi vero aspicio virum quati Ethiopem, seminebrum vestitum, dicentemque mihi: Ego, & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Etegit mecum; Tu, inquam, quis es? Respondit: Ego sum, qui conditorem omnium Dominum Iesum Christum in maxilla percussi passionis tempore, atque hoc de causa à metu temperare non possum.

<sup>1</sup> Et hic in sacra Eucharistia demonstratur, quam reprobant haereticorum communionem fugientes, ecclesiamque catholica communicantes.

Conuersio, & vita Mariae meretricis.

C A P V T. XXXI.

**D**VO senes abierunt ab Aegis in Thalamum, venientesq; in stabulum, ut requiescerent (erat enim aestus) per dispensatione Dei inuenerunt in stabulo tres adolescentes habentes secum unam meretricem. Senes ergo seorsum sederunt, vultuque ex eis accipiens sanctum Euangelium legunt. Meretrix vero, quae erat cum adolescentibus, ut vidit legentem senem, relictis illis, accessit ad senem, seditque iuxta illum. Senex autem illam reiecit, dixit: Multum, o infelix, impudens es, quae verum non fuisti accedere ad nos, ac sedere. At illa: Ne quiesco, pater, ne abomineris me, neque abicias. Et illa: In omni peccato plena sum, non tamen repulit venientem

tem ad se meretricem Dominus, & saluator omnium Christus Deus noster. Respondit ei senex: Sed meretrix illa non permansit meretrix. Tum ipsa: Spero in filium Dei viui, quia ab hodierno die neq; ego permāebo in peccato hoc. Relinquēs igitur adolescentes, & sua omnia, secuta est senes illos. Miserunt autem illam in monasterium prope Aega ciuitatem. Hanc & ego iam anum vidi magnæ prudentiæ fœminam, & ista ex eius ore didici. Erat aut̃ illi nomen Maria.

*Comersio, & vita Babylæ Mimi, necnon Cometa, & Nicose concubinarum eius.*

## CAPVT. XXXII.

**M**imus quidam erat in Tharso Ciliciæ, nomine Babylas. Erant autem illi duæ concubinae. Nomen vni Cometa, nomen alteri Nicosa. Viuebat autem luxuriosè, agens omnia, quæ illi dæmon suggessisset. Die verò quadã ingressus Ecclesiam, audiuit per dispensationē Dei sanctum Euangelium legi. Erat autem ista lectio: Penitentiam agite appropinquauit enim Regnū celorum. Compunctusque cepit cum lachrymis horrere, ac se miserum dicere pro his, quæ peccauerat. Confestim igitur egressus extra Ecclesiã, vocauit duas amicas suas, dixitq; illis: Scitis quomodo vobiscum luxuriosè vixerim, vtq; nunquã alteram plus quàm alterã dilexerim. Itaq; vestra sunt omnia, quæcunq; ego acquisiui. Accipite ea & diuidite inter vos. Ego enim exnunc abrenuncio seculo, & efficior monachus. Illæ autē ex vno ore responderunt ei cū lachrymis Ad luxuriã, & animarum nostrarū interitum communicauim⁹ tibi, nunc verò quando hoc Deo placitum opus facere vis, dimittis nos, & id solus facis? Profectò non ita erit, sed etiã in bono cōmunicabimus tibi.

Atque